

137.

Landgraf Hermann I. läßt dem Dorfe Friedrichrode gegen Entschädigung das Marktrecht und befreit dasselbe von Abgaben. 1209 [Januar—September].

Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha QQ. I. g. 35. Das zerbrochene S., an Pergamentstreifen, = Taf. XI, 4. Phot. H. St. A.

Getr.: Tenzel, Suppl. II. hist. Goth. 533. — Thuringia sacra 100. — Kirchen- und Schulenstaat des Herz. Gotha 2. St. II. S. 53.

:In nomine sanctę et individue trinitatis.: Hermannus dei gratia Thuringię lant-
gravius et Saxonię comes palatinus | sacratissime fidelium universitati veram in vero
salutari salutem. Quia per litterarum apices futuris casibus ex in|olita consuetudine 10
prudenter occurritur, eadem inducti sollicitudine presentibus et futuris Christi fidelibus
in|sinuamus, quod veniens ad nos dilectus noster Wichardus Reinhersburnensis monasterii
abbas cum quibusdam eiusdem cenobii fratribus, qui sanioris videbantur consilii, pro
quadam ipsis adiacente villula, que Friderichisrot nuncupatur, ad cuius destructionem
occasione mercatus ibidem sepius habiti omnimodis intendebamus, nos diligenter convenit 15
et, ne primitivam illius ecclesię dotem eiectis ipsius habitatoribus disturbarem, omni,
qua potuit, supplicatione commonuit, sed quia ex iam dicte utilitatis questu eandem villam
civitatibus nostris probata experientia diximus esse dampnosam, homines, qui ex hereditario
iure eiusdem situm loci ex multo iam tempore possederant et prenominate ecclesię debito
proprietas erant obnoxii, paterno se privari lare timuerunt datisque quadraginta marcis 20
a proposito habite intentionis mediante predicto abbate et fratribus nostre severitatis
animum revocare studuerunt perpetue mansionis quietem in eisdem bonis similis insultu
exactionis postposito sibi indulgeri postulantes, proinde miserie ipsorum compatiens et
angustie prefateque commoditatibus providentes ecclesię ad petitionem propositam nostre
dominationis aures inclinavimus et in area eiusdem dotis absque exactionis molestia, que 25
interitum et destructionem ipsis minetur, firma data pace perpetualiter eos manere con-
cessimus et ut hec nostre constitutionis auctoritas inconvulsa stabilitatis robur accipiat, hanc
confirmationis cartam inde conscribi fecimus, quam etiam manu propria roborantes sigilli
nostri impressione iussimus insigniri. Actum anno ab incarnatione domini M. CC. VIII.,
indictione XII., cooperantibus et laborantibus ad huius formam pacis atque commoditatis 30
nuntiis et ministerialibus nostris: Cuonrado videlicet camerario nostro de Cassele,
Bertoldo de Setinstete, Adilberto de Gotha cognomine Screieuogil et Vlrigo villico de
Walterishusin; feliciter amen.

(SFR.)